Tertio de fructibus huius particule. Diſcamus hic primo: non turbari: ſi propter honeſtā vitā a malis irridemur. Uidemus enim/ ꝙ homines huius mūdi concupiſcentias inſectantes: derident religioſos cōtinentes: et ſm̄ ſpiritū viuentes: et pro fatuis eos reputant. Quia ſapientia hui⁹ mūdi ſtulticia eſt apud deum: et econuerſo. Corinth. i. Hinc eſt ꝙ nouus homo noſter Chriſtus Jeſus indutus alba veſte: que innocentiā ⁊ mundiciā ſignat: illuſus eſt ⁊ deriſus a filijs hui⁹ ſeculi: apud q̄s alba veſtis exprobrabilis eſt. Sed ſicut crux ante paſſionem Chriſti exprobrabilis fuerat/ que poſtea facta eſt honorabilis: ita vt etiā portetur in frōtibus regum. Sic alba veſtis poſt Chriſti paſſionem facta eſt valde honorabilis. Unde quilibet per baptiſmū renouatus/ induitur veſte alba in ſignū innocentie et totius mūditie quā confert baptiſmus. Jn cuius etiam ſignum/ Chriſto paſſo in eius reſurrectione. Angeli in veſtimentis albis apparuerunt ad monumentū. Et ſimiliter in eius aſcenſione. Non ergo turbari debent viri ſpirituales. ſi pro candore vite ſue illudantur ab hominibus mūdanis. Sed potius gaudeant quia et Chriſtus pro nobis in alba veſte illuſus eſt. Diſcamus hic ſecundo: in veſtibus nō ornatū: nec precioſitatem querere: ſed ſolam neceſſitatem. Quia ſaluator noſter velut fatuus in veſte illuſus eſt. Unde Criſoſtom⁹ ſuper Joannē Superbia in nobis exiſtente (inquit) omnis vita noſtra immunda fit. Etiam ſi ſobrietatē/ virginitatem. Si ieiunium orationes/ elemoſynas/ et quecunq̄ alia perferimus. Jtem Auguſtin⁹. Quē ſupbū videris: filiū diaboli eſſe nō dubites.

Hee veſtes ſunt ſigna/vel luxurie/vel ſuperbie/ vel leuitatis. Et ſi placuerit extendere materiā hanc. Vide ſummā vitioꝝ tractatu de ſupbia exteriori. ca.x.et ſequentib⁹.

## Feria ſexta poſt Letare: feſtū ſancti Joſeph,

Joſeph fili Dauid noli timere/accipere Mariā coniugē tuam ⁊c. Habitus eſt ſermo de ſancto Joſeph.

## Sabbatho poſt Letare.

28 Accipite ⁊ comedite. Matthei. xxvi. Viceſima
Ad Py/latum re miſſio a octaua particula eſt. Ad Pylatū remiſſio.

### Textus

¶ Herodes em̄ cū nō inueniret in Chriſto cauſam mortꝭ indutum veſte alba [remiſit ad Pylatum.]

### Maſticatio.

¶ Pro maſticatiōe p̄ſentis particule. Queris primo. Quare Herodes Chriſtū remiſit? Dico ꝙ ideo eū remiſit: vt honoraret Pylatū. ſm Lyram. Et hoc non debebat facere: ſed eum abſoluere debebat: et nō denuo alieno iudici remittere: quia ſibi miſſus fuit/ tanꝗ̄ homo ſue ditionis: ſed quia eum non abſoluit ex hoc conſenſiſſe ſe in necem domini ꝓbatur. Sed ais. Unde hoc pōt cognoſci/cū nihil verbo de hoc ex
y preſſerit. neq̄ Pylato remandauerit. Dico ꝙ hoc apparuit ſigno ⁊ facto. Signo quidē in veſtis albe illuſione. Facto: in amicitie ꝯfederatione. Nam ipſa die facti ſunt amici Herodes ⁊ Pylatus. antea em̄ inimici erāt/ ꝓpter necē quorundā galileoꝝ: quos Pylatus occiderat. Pro bono ſiquidem habuit Herodes/ ꝙ Pylatus ſibi detulerat: mittēdo ſibi hominē ſue iuriſditionis: ⁊ p̄ſertim talē hoīem: quē ipſe videre diu deſiderauerat. [Remiſit ḡ eū Herodes Pylato] q̄ſi diceret. Fac de eo q̄cquid voluerꝭ: ⁊ forte ſimilia ꝟba ſibi remādauit. Hec Jordan⁹. Queris nūc. Utrū fuerit penalis illa particula? Dico ꝙ ſic. Tum primo: q: Herodes conſenſum

de ſua nece ſecū detulit. Tum ſecūdo: q2 cū nota illuſionis portando veſtem albā rediit. Tum tertio quia nouā fatigā Chriſto adducit. Hec Jordanus. Quis ſatis eſtimare poterit: quantū mitiſſimus ſaluator fatigatus fuerit. in his iniurioſis ꝛ penalibꝫ pertractationibꝫ. Olim legit̄ dn̄s ex itinere fatigat⁹: ꝓpter qđ pauſando ſedit ſic ſup fontē. Joh. iiii. Sed quātū hodie fatigatus: dum nō liber ambulabat: ſed duris vinculis trahit̄ ab impiis/ tota nocte ꝛ die impellitur: et requies nulla cōcedit̄ ꝛc̄. Uide Gabrielē ar. i. partis. iii.

## Fructus

¶ Tertio de fructibus huius particule et virtutibꝫ eius. Diſce hic eq̄nimiter ferre ꝛ nō timere: ſi videris malos: contra te colligari. Siles em̄ ſūt vulpibꝫ Sanſonis/ q̄ caudas habebāt colligatas: q2 oēs cōueniūt/ aduerſus dn̄m ꝛ aduerſus Chriſtū ei⁹. Ipſi ſunt ſic̄ ſquame Leuiathan ſibi inuicē coherentes: et ſic cōpreſſe ꝛ cōiuncte: vt nec ſpiraculum quidē ſubintrare poſſit. Job. xli. De quibꝫ Gregorius li. xxxiii. §. xc. dicit. Quos ſimilis reatus ſociat cōcordi ꝑtinatia etiā defenſio peruerſa cōſtipat. vt de facinoribꝫ ſuis/ alterna ſe inuicem defenſione tueant̄ ꝛc̄. Uide Gregoriū vbi ſupra. Nō timeat ergo iuſt⁹ ſi viderit malos cōtra ſe colligari: q2 h̄ teſtatur in eo eſſe aliquid boni: et ꝑ hoc cōformat̄ Chriſto. Z

29

¶ Uiceſimanona particula eſt. Barrabe latronis liberatio ꝛ Chriſti reprobatio. Dicunt Euangeliſte/ ꝙ Latronis liberatio et Chriſti reprobatio.

## Textus

Cum Chriſtus reductus eſſet ad Pylatū. Pylatus cōuocatis principibꝫ ſacerdotū ꝛ magiſtratibꝫ ꝛ plebe: exiens ad eos foras: dixit eis. Obtuliſtis mihi hominē hūc quaſi auertentē populū. Et ecce ego corā vobis interrogās/ nō inueni in eo cauſam/ in his quibꝫ eū accuſatis/ ſed neq̄ Herodes. Nam remiſit illum ad nos. Per diem autē ſolēnē/ cōſueuerat preſes dimittere populo vinctū vnum/ quē voluiſſent: habebant autē tunc vnū vinctū inſignē/ qui dicebat̄ Barrabas.

Et dedit eis Pylatus optionē quē vellēt dimitti: Jeſum an
A Barrabā. Sciebat eñ q̄ ꝓpter inuidiam tradidiſſent eum.
Principes autē ſacerdotū ꝛ ſeniores/ ꝑſuaſerūt populis vt
peterent Barrabā. Jeſum vero perderent. Et exclamabat ſi
mul vniuerſa turba: dicens [ Tolle hunc/ et dimitte nobis
Barrabā. ] Dixit eis Pylat⁹. Quid ergo vultis vt faciā de
Jeſu/ qui dicitur Chriſtus? At illi iterum clamabant. Cru/
cifigatur ꝛc̄. Ecce particulam.

Maſticatio.

¶ Maſticemus eam ꝛ comēdamus. Queris primo. Cur
Chriſtus nihil reſpōdit/ ita vt preſes vehemēter miraretur?
Reſpondeo ꝛ dico (ſm Ludolfum) q̄ quattuor ſint rationes
huius ſilentij. Tacuit eñ primo iuſte: qꝛ ꝓpter falſitatē accu
ſationū ꝛ corruptū iudiciū/ indigni erant audire. Secūdo
tacuit miſericorditer: ne ſcꝫ ex reſponſione ſua peiores fierēt
ſi ſibi nō crederent/ vel nō obedirent. Tertio tacuit diſpēſa/
tione/ ne ſi ſe excuſaret dimitteret̄/ ꝛ crucis vtilitas: ſcꝫ nr̄a ſa
lus ꝛ redemptio differret̄. Quarto tacuit exemplariter/ vt no
bis daret patientie exemplū/ ꝛ adimpleret illud de ſe ſcriptū
Sicut agnus corā tondente ſe obmuteſcet. ꝛ nō aperiet os
B ſuū ꝛc̄. Hec Ludolfus: qđ ꝛ ſupra. xiiij. particula eſt decla/
ratū. Queris ſecundo. Unde ꝑuenit illa conſuetudo libe/
randi vnū/ tp̄e paſchali? Dico ſm Ludolfum/ q̄ ad hoc aſſi
gnari poſſunt due rationes. Aut eñ conſuetudo illa ꝑuenit
ex eo/ q̄ illa die egreſſi fuerāt de ſeruitute Egypti/ qꝛ in nocte
paſche/ angelus dn̄i ſaluauit Hebreos/ ꝛ ꝑcuſſit primogeni
ta Egyptioꝝ/ ideo ad hoc repreſentandū/ ꝛ in hui⁹ beneficij
memoriā/ in hac ſolennitate ſaluabāt vnū morti ꝓpinquum
et aliquos occidebāt de vinctis qui cuſtodiebant̄ ad interfi
ciendum. Aut hoc faciebāt/ in memoriā tranſitus maris ru/
bri/ in q̄ filij Jſrael fuerūt liberati/ ꝛ Egyptij ſubmerſi ꝛc̄. Hec
Ludolfus. Queris tertio. Utrū fuerit penalis iſta particu
la. Tolle hunc ꝛ dimitte Barrabā? Dico q̄ ſic. Si eñ do/
let quilibet/ quēuis indigniorē ſibi p̄ferri. Q̄to plus animū
Chriſti ſautiare poterat/ q̄ tam ſceleratus ꝛ vilis homo p̄fe/

rebatur ſibi homini deo/et intantū pferebat/ vt illius vitam peterent/et iſtius necem. Data em̄ eis optione/petebant Jeſum tolli de medio/ ⁊ damnari ad mortē. Barrabā vero petebant dimitti eis/ et ſaluari in vita. O q̄ta infelicium iudeoꝝ iniquitas/ptulerūt ſeditioſum ⁊ homicidā autori vite. Qd improperās eis poſtea beat⁹ Petr⁹ dicebat Actuū.iiij. Uos ſanctū ⁊ iuſtū negaſtis/⁊ petiſtis virū homicidā donari vobis.auctorē vero vite interfeciſtis. Fuit autē ſumma pverſitas:vitā reddere homicide/ ⁊ fonti toti⁹ vite auferre vitā.

## Fructus

¶ Tertio de fructu hui⁹ particule maſticate. Queris. Et quid hic diſcam⁹. Primo diſce equanimiter ferre.ſi tibi vilior quādoq̄ pferat/cogitans q̄ Chriſto prelatus fuit latro. Secundo diſce. Ne ⁊ tu Barrabā Chriſto pferas. Multi em̄ adhuc hodie deſiderant Barrabā ſibi ſolui/ ⁊ Chriſtum ligatū eſſe.Dicit em̄ Origeñ. Omnes q̄ ſunt iudeis ſimiles ſiue in dogmate/ſiue in vita/ Barrabā ſibi ſolui deſiderant. Quicūq̄ em̄ mala agit/ſolutus eſt in corpe eius Barrabas Chriſtus autē vinct⁹.Qui autem bona agit/ Chriſtū habet ſolutū/Barrabā vinctū.Et ideo ſicut iudei/ poſtq̄ p Chriſto elegerunt Barrabā latronē/latrocinijs ⁊ ſeditiōibꝫ ſunt ſubuerſi.Sic ⁊ nūc/quecūq̄ aīa pelegerit Barrabā/illa ſemper latrocinijs diabolicis exterminat.vbi em̄ non eſt Jeſus illic ſunt lites ⁊ pliā.Ubi autē Jeſus/illic ſunt omnia bona et pax.Hec Origenes. Tertio diſce(ſm Herſonē) nō cōfidere in fauore populi.Ecce qui die palmarū eū excipiebant cum gloria et laude.hodie clamāt contra eum.Tolle hunc ⁊ dimitte Barrabā.Uide Herſonē in paſſiōe ſuper textu ſeptimo. Tantum de iſta particula.

## Dominica Judica.

30 veſtimētoꝝ expo‑lio.

a Ecipite ⁊ comedite. Matthei.xxvi. Triceſima particula paſſionis dn̄i eſt. Ueſtimentoꝝ exuitio.

## Textus

¶ Cum enim Pylat⁹ audiſſet iudeos petere Barrabã di
D mitti. Chriſtũ vero crucifigi. Ait illis. Quid ergo mali fecit?
Ego nullã cauſam mortis inuenio in illo. Corripiã illum ⁊
dimittã. Et cũ hoc intenderet [ fecit exui Chriſtũ ] Cui pri-
mo albã veſtẽ exuerant in p̃torio/ quã vſq₃ huc geſtauerat: et
dehinc alias veſtes vſq₃ ad nuditatem ⁊c̃.

## Maſticatio.

¶ Pro maſticatiõe hui⁹ particule. Queris primo. Utrum fuerit Chriſto penal' illa exuitio veſtiũ? Dico q̃ hec exuitio et nuditatis ſue oſtenſio/ grauis admodũ pena erat Chriſto Nec em̃ modica iniuria eſt ⁊ cõtumelia/ hominẽ exui veſtib⁹ ſuis ⁊ denudari. Ecce huiuſmodi denudatio affligit etiam peccatores. magis autẽ virgines. patuit hoc de Agnete et Barbara. Chriſtus autẽ virgo/ et pudiciſſim⁹. ergo maxime erubeſcebat. Sed ais. Tamen Chriſtus nõ fuit nat⁹ ex carne peccatrice: ex qua erubeſcibilis facta eſt nuditas noſtra. dicente Adam. Timui/ eo q̃ nudus eſſem et abſcõdi me? Dico q̃ ipſe dñs/ qui venit ſuſcipere ceteras noſtras infirmitates abſq₃ peccato/ ſuſcepit ⁊ illã. Et ſicut vere eſuriuit/ ſitiuit fatigatus eſt/ triſtatus ⁊ doluit/ ita vere erubuit/ tanto vtiq₃ amplius/ q̃to fuit virginibus omnib⁹ pudicitior/ ⁊ angelis cunctis purior ⁊c̃. Hec Gabriel.

## Fructus

¶ Tertio de fructib⁹ huius particule. Primo diſcam⁹ vitare nuditatẽ corpalẽ/ ne forte vnq̃₃ nudi appareamus: corã deo ⁊ angelis/ atq₃ hominib⁹/ exemplo primoꝝ parentũ qui erubuerũt a facie dei. Et ſi nullus hoĩm te videret/ erubeſcere tñ debes corã deo ⁊ angelo tuo. vñ Bernhardus. In q̃-
E uis angulo/ reuerentiã exhibe angelo tuo/ ne audeas ipſo p̃ſente/ qđ me p̃ſente nõ auderes ⁊c̃. Scđo diſcamus vitare nuditatẽ ſpiritualem: ſed bona cõuerſatione ſim⁹ veſtiti. vñ Apoc. iij. Ueſtimentis albis induaris/ ne appareat cõfuſio nuditatis tue. Ubi ꝑ veſtimenta alba intelligit̃ cãdor ſancte

cõuerſationis/que ad inſtar veſtimẽti multis filis debet eſſe contexta ꝛc. Tertio diſcam⁹ nos denudare ꝑ aptã cõfeſſione/corã ſacerdote/ꝛ denudare cõſcientias noſtras corã deo deponẽtes omne palliũ excuſationis: qꝛ nuda ꝛ aperta ſunt oĩa oculis eius. Melius autẽ eſt hic erubeſcere/ ꝙ̃ corã toto mũdo nudum apparere. Non eñ in hoc te odioſum reddes immo magis amicabilem confeſſori ꝛc.

¶ Triceſimaprima ꝑticula paſſionis dñi eſt. Flagellatio. 31 Flagellatio.

Textus

Cum Jeſus nudatus eſſet: Pylatus eum appꝛehẽdit et [flagellauit] et hoc vel per ſe/vel per miniſtros. Habes ſic paricnlam pꝛopoſitam.

Maſticatio.

¶ Maſticemus eandem ꝛ comedamus. Queris pꝛimo. Quare Pylatus voluit Chꝛiſtũ flagellari? Dico ꝙ Pylat⁹ hoc voluit pꝛimo bona intentione: vt ſic iudei cõpeſcerẽtur. Nam naturaliter ira ſopit̃/cũ iratus videt aliquẽ humiliatũ Sic ꝛ canes mitigant̃/ſi corã eis quis in terra reſidet. vt dicit Ariſtoteles ſecũdo rethoꝛice. Uerũ intentio illa nõ excuſauit Pylatũ a toto: ſed a tanto: quia peccauit grauiter: ſed minus ꝙ̃ iudei. Pia eñ erat intentio ei⁹/quantũ ad id ꝙ voluit Jeſum liberare. Crudelis autẽ erat ꝙ̃tũ ad id/ꝙ hoĩem innocentem/maxime filiũ dei/ſine cauſa affligeret. Quia cũ iudex eſſet populi/ad ei⁹ officiũ ſpectabat/rectũ iudiciũ iudicare/ innocẽtes abſoluere: ꝛ nocentiũ malitiã cohibere. Uoluit ſecũdo Pylatus eũ flagellari ꝓpter cõſuetudinẽ iudeoꝝ que ſtatuit/flagellandũ oẽm ꝯtradicentẽ legi ꝛ ſtatutis eoꝝ: et hoc in memoriã illius: qꝛ deus flagellauit regẽ Heliodoꝝ qui voluit depꝛedare templum. Uoluit tertio (ſꝫm Hieronymũ) eũ flagellari: vt rationis legibꝫ ſeruiret quibꝫ ſanctitum erat vt crucifigendus flagellaret̃ pꝛius/forte ad extoꝛquẽdũ ab eo ſocios ſceleris: ꝛ ſic Chꝛiſtus ſi crucifigi deberet/iã flagellatus eſſet. Queris ſecũdo. Quare Chꝛiſtus voluit flagellari? Dico ꝙ Chꝛiſt⁹ flagellari voluit: vt ſcriptura ꝙ̃ ipſe

pluries predixit impleretur: ſcilicet conſpuetur et flagella-
G bitur. Sed et vt nos a flagellis redimeret: fecit inſtar ma-
tris pie/que cum videt patrem flagellare aliquem de filijs ſu-
is/occurrit extenſis brachijs eum protegendo/ ſeqꝫ pro filio
flagellis exponit. Homo enim deū offenderat: ⁊ ideo diſci-
plinari debebat. Et quia ſcriptum eſt. Multa flagella pec-
catoris. Ut ergo nobis parceret: ⁊ nos ſuo flagello a perpe-
tuis flagellis liberaremur/ ipſe pro nobis diſciplinari volu-
it/ ſicqꝫ deum placuit. Quare dicitur. Diſciplina pacis ſu-
per eum. Si ergo tam grauiter flagellatus eſt innocens pro
peccatiſ alienis ꝗꝫ grauiter putas noxios (niſi ſe correxerint)
flagellandos pro peccatis proprijs. Hec Ludolfus: ꝗuis
non eo ordine. Queris tertio. Quomodo fuit flagellat⁹:
Reſpondeo de modo non habemus certam ſcripturā. Re-
ſpondebo tamen ſm Gabrielem. Dico igitur primo/ ꝙ ſm
Auguſtinum Chriſtus ſolotenus proſternitur. dicit enim.
Ecce iam dominus aptatur ad verbera: iacet extenſus an-
te hominem deus et ſupplicium patitur rei/ in quo nullum
peccati refugium potuit inueniri. Secūdo creditur ad co-
lumnam ligatus: ſm Bedam vt ſanctiſſima caro crudelius
laceraretur. Tertio groſſis funibus/ columne alligatū con
ſtrinxerunt/ forſitan collum/ pectus/ ventrem/ manus et cru-
ra/ ſingulis ligaminibus vinculabant/ ita vt ligamina ſacro
ſancti carni ſic imprimerentur. vt reliqua caro ſupercreſce-
H re videretur. Quarto flagellatur/ virgis/ flagellis/ ⁊ cathe-
nis/ ſicqꝫ ſancta cutis/ violentia flagellorū repetitis ictibus
rumpitur. Quinto rubricatur ſanguine totū corpus ex con
fluentia guttarū. Sexto fit tot⁹ deformis et ſanguinolent⁹
vt adimpleta ſit prophetia. Non eſt ſanitas a planta pedis
vſqꝫ ad verticem. Et iterum. Uidimus eum et nō erat ei ſpe
cies neqꝫ decor. Septimo non mireris: quia ſic innumera-
biles plage ſibi infligunt: quia ꝑ peccatis omnium noſtrū
que innumerabilia ſunt/ paſſus eſt. Ideo ⁊ plagas īnumera
biles eſſe oportebat. Queris quarto. Utrū flagellatio iſta
fuerit Chriſto penalis? Dico ꝙ ſic: imo eſt de principaliori
bus paſſionis particulis. Quanta enim fuerit ſaluatoris no

ſtri pena: quelibet anima fidelis attendat/ in tam ſeua toti⁹
corporis vulneratiõe/quam etiam aggrauabat teneritudo
complexionis/propter quã ſenſus tactus in eo ſubtilior et ꝑ
ceptibilior fuit. Unde cũ nos in groſſis nr̃is corporib⁹/vix
vnum flagelli ictum violentũ ferre poſſumus/ꝙ̃tum corpus
illud complexione nobiliſſimum/ et perceptibilitate tenerri/
mum/ tot percuſſionibus doluit ꝛc.

Fructus

¶ Tertio videamus fructus illius particule. Diſcamus
hic libenter ſufferre flagella dei. vt vnuſquiſꝗ noſtrũ dicere
poſſit illud Pſal. Quoniam ego in flegella paratus ſum. Et
merito: quia ſi vnicus dei filius paratus fuit/ in ſe ſuſcipere
noſtra flagella ex obedientia patris. Cur et nos adoptiui
non eſſemus parati ſufferre flagella eiuſdem patris/que ipſe
vel per ſe/ vel per miniſtros/ſeu inſtrumẽta ſua media nobis
miſericorditer infligere dignatur ad emendationem noſtrã.
Quem enim diligit deus caſtigat. Flagellat autem omnem
filium quem recipit. Et quis eſt filius quẽ non corripit pa/
ter Prouerb. iij. Hec Jordanus.

Feria ſecunda poſt Judica.

Ecipite ꝛ comedite. Matth. xxvi. Triceſimaſecũ 32 Purpu-
a da particula eſt. Purpuree veſtis induitio. Dicũt ree veſt
Euangeliſte. iduitio.

Textus

Poſtꝗ̃ Jeſus flagellatus eſſet/ milites clamidem cocci/
neam circundederunt ei. Et induunt eum purpura ꝗ Habes
ecce particulam.

De cocco et purpura vide Cornucopie.

Maſticatio

Pro maſticatiõe hui⁹ ꝑticule. Dico ꝑmo/ꝙ hec veſtꝭ bñ
ꝯueniebat chr̃o. Ueſti rubea vicꝫ corꝑi ſanguine rubricato

ex ꝟberib⁹ flagelloꝝ.vt impleret̄ ꝙ ſcriptũ eſt.Eſa.lxiij.Qua
re rubrũ eſt indumentũ tuũ: et veſtimẽta tua ſicut calcantiũ
in torculari? Et hec queſtio ſm gloſam fuit angeloꝝ/viden
K tiũ ꝛ mirantiũ/ꝙ Chriſti corpus de vtero virginali tantum
candorẽ habẽs/ꝗ̃tũ fullo nõ poteſt facere ſup terrã:intantũ
fuit ſanguine rubricatũ.Ad quã queſtionẽ ipſemet ibidẽ re
ſpõdit dicens.Torcular calcaui ſolus q.d.ſm gloſam.Ego
ſolus ſuſtinui preſſurã crucis/flagelloꝝ ꝛ oim tormẽtoꝝ.In
quibus/quaſi in prelo preſſus ſum ſanguine ꝓprio: ꝛ ꝑ totũ
corpus meũ ꝓ mũdi ſalute aſperſus.Ideo etiã ſibi bene con
ueniebat purpura:q2 fit ex ſanguine conchilij vl' muricis.vt
ſic nihil in eo eſſet: niſi ſanguine tinctũ et colore ſangnineo
coloratũ. Dico ſecũdo/ꝙ illuſio illa purpuree veſtis/merito
ponit̄ inter particulas paſſionis:q2 illud faciebãt in obpro
briũ regij nominis/qđ ipſe(vt iudei aſſerebãt)indebite vſur
pauit/ad deridendũ eũ ſicut regem falſum.

### Fructus.

Tertio de fructib⁹ huius particule.Diſce hic primo/ꝙ ſi
cut Chriſtus voluit veſtiri/veſte regali ꝛ purpura. Sic et
nos veſtire debemus animas noſtras veſtib⁹ virtutũ:q2 ſm
L Ariſto.ij.Ethico. Uirtus eſt habitus:qui ſe habentẽ ꝑficit:
et opus ei⁹ bonũ reddit.Et Grego.in mora.Abſit/ꝙ tãta ſit
delectatio in vitijs/ꝗ̃ta in virtutib⁹.Itẽ Hieronym⁹.Om
nes virtutes ſibi adherẽt:vt ꝗ vna caruerit omnib⁹ careat.ꝗ
ergo vnã habet/oẽs habet. Diſce ſecũdo dominice paſſio
nis habere memoriã/qđ ſignificat̄ per purpuram.Unde co
me capitis ſponſe.i.anime fidelis:dicunt̄ eſſe ſicut purpura
regis.Cañ.vij.Quia cogitatiões mẽtis noſtre/ꝗ per comas
capitis intelligunt̄ verſari debent aſſidue circa paſſionẽ re
demptoris:vl' etiã circa opa charitatis ſm Jordanũ.Dic ꝯ
orãs.Domine Jeſu Chriſte/qui veſte purpurea illuſorie in
dui voluiſti: da mihi iugem memoriã paſſionis tue induere
33. et peccata mea charitatis purpura operiri Amen.

Spinee corone i poſitio.

¶ Triceſimatertia particula paſſionis domini eſt.Spi

nee corone impoſitio.

Textus

¶ Plectebant eñ coronã de ſpinis. et impoſuerũt ſup ca put ei⁹ ꝑ diademate regali. Ecce habes particulã ꝓpoſitã.

Maſticatio

¶ Maſticemus particulã/vt inde fructũ capiam⁹. Dico ergo primo/ꝙ ſpine iſte (ſm Lyram) erant iunci marini/ad modũ ſpinarũ acuti/penetrãti ꝛ pungitiui intantũ: vt etiã hoies calciati deſup calcãtes/ꝑ calciamẽta inter media vul/nerarent̃. Dico ſecũdo/ꝙ corona illa nõ erat ſertũ: vt qdã dicũt: imo credendũ/ꝙ nõ ſolũ capitis extremitatẽ ambiue/rit: ſed magis admodum infule vel pilꝗ/ totũ caput texuiſſe et vbiqꝫ ſuis aculeis ꝑfodiſſe ſm Gabrielẽ. Hãc igit̃ coro nam ſpineã/ Chriſtus portandã ſuſcepit; ꝑ corona victorie. Solebãt eñ Romani/coronas varias in ſignũ victorie ge ſtare: et ea qua dignus erat/queqꝫ ſolebãt donare. De quibꝫ Aulum Geliũ videndum relinquo. Has ferme nobiliores enumerantẽ/videlicet triũphalẽ/obſidionalẽ/ciuicã/muralẽ caſtrẽſem/naualẽ/oualẽ/oleaginã ꝛc. Uide eũdẽ li. v. noctiũ: at. Capite. vi. Chriſtus igit̃ vt dictũ eſt/voluit habere coro nam ſpineã/in ſignũ victorie: qꝛ ipſe eſt agn⁹/ꝗ abſtulit pec/cata mũdi/que ſunt arma diaboli/ꝯtra nos militãtis. Hec autẽ Chriſtus in paſſiõe ſua abſtulit: quare deſiderabile eſt vtiqꝫ omni aie amanti in iſta corona videre regem noſtrũ. Unde dicit̃ Canticoꝝ. iij. Egredimini filie Syon. et vide/te regẽ Salomonẽ/in diademate/ quo coronauit eũ mater ſua ꝛc. Dico tertio ꝙ merito ꝓ pticula ponat̃/ cũ fuerit fere dolor nõ minim⁹. Si eñ nos terreſtres ꝛ groſſi/ vna ſpina vulnerati/intollerabili dolore vexamur. Quanto deniqꝫ do lore illud venerandũ caput credim⁹ affectũ/ tot aculeis vſqꝫ ad cerebrũ tranſfixũ. Dico quarto/ꝙ Chriſt⁹ coronat̃ qua druplici corona. Primo eñ coronat̃ a patre corona glorie. Secũdo a matre coronat̃ corona infirmitatis et humani/tatis nr̃e. Tertio coronabit̃ ab angelis ꝛ familia ſua/corona

iuſticie/ in die iudicij. Quarto coronatur hodie a nouerca
A ſua impia ſinagoga/corona ſpinea/corona doloris et miſerie
Hec Gabriel.

## Fructus.

¶ Tertio de fructibꝰ huiꝰ particule/quoꝝ duo ſunt. Pri-
mo diſce te coronare ſpinis/tenendo in capite ſpinas pecca-
toꝝ tuoꝝ/ꝑ recordationē continuā. De quibꝰ ſpinis dictum
erat p̄mo homini. Terra ſpinas ꝛ tribulos germinabit tibi
Quia ꝯſciētia nr̄a/punctiōes ꝛ aculeos carnaliū deſiderioꝝ
ꝓcreare nō deſiſtit/ q̄diu cū vomere crucifixi memorie non
fuerint exarata: ꝛ in timore dn̄i nō fuerint diſciplinata. Por-
temꝰ ꝯ peccata nr̄a in mēte/ꝑ diſplicentiā ꝛ contritionē/quā
ſemꝑ habere debemus/quādo occurrūt memorie peccata p̄-
terita. Unde Hugo de ſancto Uictore. Quādo deus abſol-
uit hoīem in ꝯtritione a peccatis/ligat eū vinculo ꝑpetue de-
teſtationis: vt peccatū ſemꝑ de cetero deteſtet̄ ꝛc̄. Secūdo
diſcāt hic p̄lati cauere coronā ſpineā ſatellitū: qui ſcꝫ eos cir-
cūſtant quaſi corona. Hij vere corona ſpinea et ſpinearū ſe-
pes ſunt. Primo qꝛ ſepes ſpinea floret. Et curiales veſtitu ꝛ
victu/ꝛ inani gloria florēt. Itē florent bonis v̄bis ꝛ ꝓmiſſio-
nibus. Secūdo ſepes ſpinee pungūt. Et curiales pungunt
extorſionibꝰ/dilationibꝰ/fidefractionibꝰ. Tertio ſpine in ſepi
ſe mutuo cōplectunt̄. Et curiales ſibi inuicem coherēt: ꝛ ſe
mutuo ſuſtentāt: ſicut ſquame piſciū: vt nec ſpiraculū poſſit
ſubintrare de quibꝰ ſupra ꝛc̄. Quarto ſpine ſe complectētes
ſimul ardent. Et curiales ſic inuicē compreſſi/etiā ſimul ar-
debunt. Quinto ſepes ſpinea prohibet ingreſſum mundoꝝ
D animalium: immo fortiſſime pungit ea. Sed animalia ve-
nenoſa: ſicut bufones et ſerpentes/ protegit/et libere dimit-
tit intrare: et tamen animalia que repelluntur/colunt terrā
et eam fecundant. Alia vero que ibi recipiuntur/non ſolum
non colunt terrā: ſed herbas ibi exiſtētes inficiunt et vene-
nant. Sic et illi qui aſſiſtunt prelatis/ ſanctos viros et ſim-
plices: qui eccleſiam poſſent inſtruere/ ꝛ ſemen virtutum in
ea ſeminare/nō permittunt promoueri/immo repellunt q̄tū

poſſunt &c. Hec Petrus de palma. Job. xix.

## Feria tertia poſt Judica

Accipite & comedite. Matthei. xxvi. Triceſima quarta particula eſt. Arũdinis in dextra traditio. 34 Arundinis in dextra traditio

a

### Textus

Dicit enim textus [Et poſuerũt arũdinẽ in dextra ei⁹.]

### Maſticatio.

Pro maſticatione particule illius. Queris primo. Quare hoc fecerunt milites? Dico ꝙ tradiderunt ei milites arũdinem pro ſceptro regali deriſorie: quaſi dicerent. Regnum ꝙ tibi vſurpas: dicendo te eſſe regem/ vacuum et infirmum eſt admodum arundinis: et ideo tale ſceptrum tibi bene congruit. Non attendentes ꝙ ipſe dixerat. Regnum meũ non eſt de hoc mundo: ſed de alio mundo ſcilicet eternitatis: vbi regnũ eſt firmiſſimũ. Et hic fuit tertius actus illuſionis militum/ dũ arundinem ponunt in dextra eius: illa ſcilicet que celum terramq; regit/ ac vniuerſa que creauerat ſuſtentat. P

Queris ſecundo. Quare Chriſtus ſuſcepit arundinem in dextrã? Reſpondeo et dico Chriſtũ hoc feciſſe propter tres cauſas. Primo (ſm beatũ Hieronymũ) vt oſtenderet ſe eſſe illum/ qui electos ſuos ſcriberet in libro vite eterne. Arundo enim ſiue calamus/ eſt inſtrumentũ ſcribendi. Matth. v. Gaudete/ quia nomina veſtra ſcripta ſunt in libro vite celeſtis. ſm Jordanum. Secundo vt oſtenderet omnem mundanam poteſtatem eſſe fragilem & vanam/ ꝙ̃uis ab extra viridis & aſpectu delectabilis videatur. De hoc vide ſummam vitioꝝ de ſupbia ca. vi. Tertio (ſm Hilariũ) vt oſtenderet ſe nos fragiles/ vacuos et infirmos/ manu tenere/ et omnibus bonis implere/ quod vtiq; ſic eſt: vt dominus ipſe dicit. Sine me nihil poteſtis facere. Et amplius. Non ſumus ſufficientes ex nobis/ aliq̃d cogitare: ſed ꝑ gratiã dei potentes erimus. Et ap̄ls. Omnia poſſum in eo q̃ me confortat.

## Fructus.

Tertio de fructibꝫ huiꝰ particule. Primo diſce hic timere ⁊ frequenter orare. Non eñ melius potes ſuccurrere tue infirmitati arũdinee: niſi ꝑ orationẽ currẽdo ad deum. Dic ergo. Domine Jeſu/qui arũdinẽ/ꝓ ſceptro regali tibi dari voluiſti: obſecro te/vt imbecillitatem meã/ dextra tue potentie ſuſtentare digneris: vt regnũ tuũ intra me iugiter confirmetur ⁊c̃. Secũdo diſce cauere: ne ⁊ tu illis tribꝫ ſcꝫ purpura/corona/⁊ arũdine a diabolo illudaris. Primo ꝑ oſtẽtationẽ humane potẽtie/que ꝑ purpurã ſignificatꝛ/que eſt veſtis
I regũ ⁊ potentũ. Secũdo ꝑ cupiditatẽ affluentis opulentie que notatꝛ ꝑ coronã ſpineã. Diuitie eñ ſpinis ⁊ curis ſunt plene. Tertio ꝑ vanitatẽ mundane ſapiẽtie: que ſignificatꝛ ꝑ arũdinẽ: que pulchra ſed vento plena ⁊ vacua eſt. Sic ⁊ ſapientia mũdana: in q̃ cõfidunt hoĩes: et qua nõ ad dei laudẽ ſed ad gloriã ſuã vtuntꝛ: eſt quaſi baculus arundineꝰ ⁊ cõfractꝰ.

Tertio diſce obedire: qꝛ Chriſtꝰ obediẽter hec tria induit. Non ſoli deo ſed etiam militibꝫ obediens. Sic ⁊ nos cum a malis illudimur: cogitare debemus: qꝛ ſeruus nõ eſt maior domino ſuo. Hec Ludolfus.

35 Irriſoria ſalutatio et adorõ.

¶ Triceſima quinta particula paſſionis domini eſt. Irriſoria ſalutatio et adoratio.

## Textus

¶ Cum eñ milites inſignia regalia ei adhibuiſſent: genuflexo ante eũ/illudebãt ei dicẽtes. [Aue rex iudeoꝝ.]

## Maſticatio.

¶ Pro maſticatiõe illius particule. Queris primo. Quare adorabãt eũ: ⁊ quare ſalutabãt? Dico ad primũ/ꝙ adora-
R bant eũ genuflectendo ſignificare volentes/ꝙ deũ ſe ipſum falſo dixiſſet. Dico ad ſecundũ/ꝙ ideo ipſum ſalutabant/ad ſignandum/ ꝙ ſeipſum falſe regẽ dixiſſet. Hec autẽ fecerunt ideo: vt eoꝝ illuſio correſpõderet iudeoꝝ accuſationi: qꝛ de vtroqꝫ accuſabatur a iudeis deteſtabili mentis affectu. Ecce

quē laudant angeli/adorāt dominationes/tremūt poteſtates/venerant̄/ac ſocia exultatione cōcelebrāt. Celi celorūq̄ virtutes vniuerſe. In cuius femore ſcriptū eſt. Rex regum dn̄s dominantiū vniuerſe terre/ a viris peccatorib9/deriſoria adoratione/ac ſalutatione blaſphemat̄/ quaſi indignus regno iudeoꝝ/cui(vt Auguſtin9 dicit)eſſe regē hoim̄ dignatio eſt/nō ꝓmotio/miſeratiōis iudiciū/nō poteſtatis augmētum ꝛc. Dico conſequenter q̄ nō ſolū blaſphemabat̄ a militib9 irriſoria adoratione ac ſalutatione:ſed ꝛ a tota cohorte.i. ſingulis de cohorte/ quā idcirco ad eū adduxerūt. Hec Gabriel. Et hinc eſt q̄ cū ꝑ iudeis orat̄ genua nō flectunt̄.

## Fructus

Tertio de fructu hui9 particule. Diſcam9 hic cauere ne et nos falſe Chriſtū ꝛ irriſorie/ſalutemus ꝛ adorem9. Sed ais. Et q̄ ſunt hoc facientes: Dico q̄ ſint triplices. Primi ſunt/qui in eū corde credūt:ſed ꝑuerſis actib9 deſpiciunt ſm̄ Rabanum. Tales ludo puerorum/dicto ſchenbertlin/ erga Chriſtū vtunt̄. In tali em̄ ludo que ore blandiendo profitētur/factis percutiendo videlicet nō probantur. Sic et illi labijs quidē deum honorant:cor autē eoꝝ longe eſt ab eo/ q̄ et ipſi factis proprijs ꝓbant ꝛc. Secūdi ſunt/qui inter orandum aliquid q̄ eſt cōtra diuinū honorē/mente pertractant Uerbi gratia. Si q̄s geniculet̄ ante altare/ꝛ interim cogitat qualiter calicē furet̄:vel aliud ſimile. Tertij ſunt/ aliū deum ſibi cōſtituentes. Sicut em̄ pagani olim diuerſos deos habebant. Sic iam chriſtiani/heu/diuerſos ſibi faciunt deos Uerbi gratia. Superbus colit ꝑ deo vanā gloriā/ ꝑ illa ieiunat/orat/dat elemoſynas/labores patit̄. Unde Bernhardus ad Eugenium. O ambitio ambientiū crux/quomodo omnes torquens/ omnib9 places. Nil acerbius cruciat/ nil moleſtius inquietat/ nil tamē apud miſeros mortales celebrius/negotijs eius. An non limina apoſtolorum:plus iam ambitio quam deuotio terit: An non vocibus eius/ veſtrum tota die reſultat palatium. An non queſtubus eius tota legum canonumq̄/ diſciplina inſudat. An non ſpo

lĩis eius/ oīs italie inhiat (inexplebili auiditate) rapacitas: Quidita/ tua ipſius ſpiritalia ſtudia non ſaltem intercidit ſed abſcidit: Quoties ſctā tua ac fecunda/ abortiri ocia fecit inquietū ⁊ inquietans malū. Hec ille. Itē ambitio eſt ſimea charitatis ſm Petrum Bleſenſem. Charitas enim patiens
T eſt pro eternis. Ambitio patitur omnia pro caducis. Charitas benigna eſt pauperibus. Ambitio vero diuitibus. Charitas omnia ſuffert pro veritate. Ambitio ꝑ vanitate. Utraꝗ omnia credit: omnia ſperat: ſed lōge diſſimili modo. Hec ad gloriam huius vite. Illa ad gloriam ſine fine. Hec Petrus Bleſeñ. Secundo auarus colit pro deo pecuniam. Nam potius videt argentum ꝙ ſacramentū (ein ſack mit gelt/ weder das ſacrament) Et potius aurum ꝙ deū (lieber golt weder got) Uñ clamat Apoſtolus. Fornicatio ⁊ omnis immundicia et auaritia/ que eſt idolorum ſeruitus ⁊c. Tertio guloſus colit ventrē. Apoſtolus. Quoꝝ deus venter eſt. Plane ventrem pro deo colunt: cuius dei eſt coquina templum. altare menſa. miniſtri coci. imolate pecudes/ ſunt cocte carnes vel piſces. Fumus autem incenſorum eſt odor ſaporum. Quarto luxurioſus/ carnis voluptatē colit/ poſtpoſita omni et corporis ⁊ anime cura. Quinto mariti colunt vxores ⁊ filios/ et econtra/ vxores/ maritos ⁊ filios inordinato amore/ ſic ꝙ nullam curam habeant de deo. Sexto quidam colunt/ domos/ agros/ veſtes et alia preclara temporalia bona. ſic/ ꝙ deum/ alium neſciunt. Septimo breuiter omnes/ ponentes finem in creaturis. ſic ꝙ illud ſupra deum diligatur. Sed ais. Unde hoc ſciri poteſt: Solutio ſm beatū Thomam diſtin. xxiiij. Tertij. ar. vi. Huius cō
V placentie ſignum eſt: quando quis alicui rei etiam non prohibite tantum adheret: vt ſentiat etiam ſi eſſet prohibitum illud ſe non relicturū. vt precipue patet in quibuſdam ebrioſis qui totam vitam ſuam in vino poſuerunt. Et in hiſtrionibus qui verba iocoſa ſectantur.

Feria quarta poſt Iudica.

Accipite ⁊ comedite. Matthei. xxvi.

Riceſimaſexta particula eſt. A militibus alapizatio. Nam vt dicit textus. 36 A militibus alapizatio.

Textus

Dabant ei alapas backenſtreich: de hoc tantū.

Maſticatio

Pro maſticatione illius particule. parum dicam: quia de alapizatione habitum eſt ſupra/ circa Annam et Cayphā. Dico autem/ ꝙ non immerito ponitur pro ſingulari particula cum fuerit noua paſſio. In hoc nāqꝫ illuſionem ſuam magis deſpectiuam fecerunt: quia velut adorantes deum et ſalutantes regem: cum alapizauerūt. Differt autem illa alapizatio a precedenti in quattuor. Primo: quia illa fuit in domo Anne. Iſta in pretorio Pylati. Secundo: quia ibi dicitur de vna alapa/ quā dabat ei vnus miniſtrorum. Hic autem plures alape ſibi a diuerſis dabantur. Tertio: quia illam alapam dedit vnus iudeus. Sed iſtas dederunt milites gentiles. Quarto: quia illa alapa dabat cauſa vltionis. Iſta autē cauſa illuſionis ꝛc̄. Hec Iordanus.

Fructus

¶ Doctrine et fructus/ poſſunt hic ſumi vt alibi. Et tantum de iſta particula.

¶ Triceſimaſeptima particula paſſionis dn̄i eſt. A militibus conſpuitio. Nam ſm̄ Euangeliſtas. 37 A militibus conſpuitio

Textus

¶ Conſpuebant in eum/ tanqꝫ in deſpectam/ contemptibilem/ et viliſſimā perſonam. ſicut et prius coram Caypha conſputus eſt a iudeis.

Maſticatio

¶ Pro maſticatione preſentis particule/ parum vltra ſuperiora dicam: niſi ꝙ hic Iordanus ꝛ Gabriel ponunt. Di-

co igitur primo/ q milites nō ſm nomen preſentis temporis dicūtur: quo generoſi et nobiles: Eq̄teſaurati nominātur. Tales enim nobiles perſone nō illuderent: nō conſpuerent non crucifigerent: nec veſtes crucifixi ſibi diuiderent/ quod ad carnifices potius pertinet. Sed dicūtur milites ſm antiquam conſuetudinem: ſtipendiarij et pedites (fūſʒknecht kriegſʒbuben) ſicut patet in geſtis Julij ceſaris. vbi milites ab equitib9 diſtinguūtur. Et in actibus apoſtolo℞. xxiij. ca. vbi dicitur. q Paulus cū militibus. 200. ⁊ equitibus. lxx. miſſus eſt de Jheruſalem ad Ceſaream. Intelligimus ergo milites in hoc loco/ viles ſtipēdiarios/ carnifices/ tales qui per nullam perhorreſcunt inſolentiā/ milites dictos: nō a nobilitate: ſed a fortitudine. Erant eñi robuſti corpore: et pro modico ad omne malum expoſiti. vt dicit Criſo. Hec Gabriel.

y Dico ſecūdo/ q iſta particula differt a precedenti videlicet xvij. quia iſtud fuit in domo Cayphe corā iudeis ⁊ a iudeis. Iſtud autē fiebat in pretorio Pylati a militibus corā Pylato et cohorte. Secūdo differunt: quia illa fuerunt ſputa iudeorum. Iſta vero ſputa gentilium.

## Fructus.

¶ Doctrinas et fructus particule huius ſume ex particula decimaſeptima.

38 ¶ Triceſimaoctaua particula eſt. Capitis cum arundine percuſſio. Nam ſm Euangeliſtas.

Capitis cū arūdine pcuſſio.

## Textus

[Acceperunt arundinē et percuſſerunt caput eius.]

## Maſticatio.

¶ Pro maſticatione huius particule. Dico primo/ q in terris illis ſunt arundines magne/ inſtar baculorum/ qualis erat ſceptrum Chriſti: et illo percutiebant caput Chriſti in maiorem contemptum. Dico ſecundo q merito pro ſingulari particula ponitur. Percutiebant enim Chriſtū/ non

tantum cauſa ledendi eum per puncturas ſpinarum/et per ictus baculi/ q̃tũ cauſa illudendi. Nam viles perſone ſolent baculis percuti/ ſicuti beſtie/ad magnã ergo vilificationem hoc fecerunt. Quapropter nõ minima penarũ fuiſſe credit.

## Fructus

¶ De fructibus huius particule. Diſce hic primo cauere/ ne et tu arundine caput Chriſti percutias. Sed ais. Et qui ſunt/ hoc cõmittentes? Dico q̃ ſint multiplices. Primi (ſm Rabanũ) ſunt impugnantes/ qui impugnant diuinitatem Chriſti/quales hodie in euangelio iudei/ ⁊ quidam heretici/dicẽtes eum fuiſſe purũ hominẽ: ⁊ hoc per ſcripturam ſacram probare nituntur. Hij percutiũt Chriſtũ in capite. Nam caput Chriſti/ deitas eſt. Caput Chriſti deus. Ait apoſtolus. Arundo autẽ vel calamus/ ſignat ſcripturã diuinam/ calamo ſpiritus ſancti ſcriptam. De qua in pſalmo. Lingua mea calamus ſcribe ⁊c. Secũdi ſunt/ ſcrutãtes curioſe ſanctam trinitatẽ per ſcripturas: qui ſcilicet ex ſcriptura ſacra/ diuinitatẽ magis q̃ꝫ oportet indagare ſatagunt. Unde et interdũ ſanguinem erroris eliciunt: ſicut iſti milites gentiles/ percutientes/ ſanguinem de Chriſti capite emunxerũt. Dico notanter curioſe: quia ſtudioſe licet immo vtile eſt ſepius de illa cogitare: ſcilicet quomodo ſancti in celo iam exultant in conſpectu trinitatis. Et quomodo hoc erit gaudiũ noſtrum eſſentiale/ cognoſcere deũ patrem et filium et ſpiritũ ſanctum. Et quomodo omnia cognoſcamꝰ in deo/ q̃ ſunt in celo/in mũdo/in purgatorio/et in inferno ⁊c̃. Sed perſcrutari velle ſanctã trinitatẽ/ que eſt inſcrutabilis: ſepius hominẽ in errorem ducit: quia qui ſcrutator eſt maieſtatis/ opprimet̃ a gloria. Prouerb. xxv. Unde Eccleſiaſtici. iij. Altiora te ne queſieris: ſed ea que precepit tibi deus/ cogita ſemper. Seruus nõ plura debet ſcire de factis domini ſui/ q̃ꝫ ea que ſuũ reſpiciunt ſeruitium. Sic et nos debemus ſcire et querere intellectum preceptorum dei ⁊c̃.

Tertij ſunt. orantes. Hij arundine Chriſtũ in capite percutiunt/ qui per vacuã: id eſt ocioſam vitã ſuam Chriſtum

offendunt: qui eſt caput noſtrum: a quo in omnes ſenſus noſtros vitales operationes defluunt: ⁊ ipſe operũ noſtrorum
A exempla nobis prebuit. Unde in quolibet ocio/ cum adeſt nobis opportunitas faciendi bonum. homo ocioſus/ Chriſtum quaſi in capite percutit. ita vt ex tali percuſſione ⁊ ſpinarum punctione/ ſanguis de Chriſti capite emungatur. hoc eſt/ ꝙ Chriſtus dolet et pungitur vſqꝫ ad ſanguinē/ de ocio noſtro: quia videt exempla ſua in nobis non fructificare ⁊c. Hec Jordanus.

Feria quinta. feſtum Annunciationis beate Marie.

¶ Miſſus eſt angelus Gabriel a deo in ciuitatem ⁊c. Habitus eſt ſermo de feſto.

Feria ſexta poſt Judica.

Flagellati ⁊ illuſi oſtētatio.

a Ecipite ⁊ comedite. Matth. xxvi. Triceſima nona particula eſt. Flagellati ⁊ illuſi oſtentatio.

Textus

¶ Pylatus/ ꝙ intendebat/ volebat exequi: ſcilicet eos ad miſericordiam mouere. Ideo poſtꝗ̄ illuſerunt ei. Exĳt iterum Pylatus foras: dicens. Ecce adduco eũ vobis vt cognoſcatis: quia in eo nullam inuenio cauſam. Exiuit ergo Jeſus/ portans coronā ſpineā et veſtē purpureā/ cũ ſceptro arundineo. Et dixit eis Pylatus [Ecce homo.]

Maſticatio.

B ¶ Maſticando particulam illam. Dico ꝙ oſtentatio illa vtiqꝫ lamentabile ſpectaculum erat. Exiuit enim Jeſus coronatus/ et purpura veſtitus/ nō clarus imperio: ſed plenus obprobrio. vt dicit Auguſtin⁹. Ex quo nō parua fuit triſticia cordi innocenti/ cũ tanta ignominia oſtēdi/ inimicis mortalibus/ de ſua cōtumelia gaudentib⁹. Homines em̄ magna diligentia/ ſua diffortunia celant: ne ſciant inimici/ de hoc

plurimũ gauiſuri. Dico ſecũdo ꝙ Pylatus hoc fecit vt fa/ cili⁹ ad miſericordiã feroces beſtias cõmoueret/et cõpaſſio/ nẽ: nature idemptitatem cõmemorans: ſciens. Quia omne animal/ diligit ſibi ſimile. Sic etiam naturaliter/ſibi ſimili quilibet compatitur. Dicit autem Pylatus. Ecce homo: quaſi diceret: miſericordia moueamini:qꝛ nõ canis/licet ca ne ſit miſerabilius tractat⁹. Eſt autẽ homo vobis ſimilis et propinquus:q̃ ſi forte dicẽdo ſe regẽ exceſſit: videtis qꝛ re/ gius cultus ſibi in penã venit. Et ſm Auguſtinũ. Si regi inuideris/iam parcite:qꝛ deiectũ videtis/flagellatus eſt/ſpi/ nis coronat⁹/ludibrioſa veſte amictus/amaris cõuiciis illu ſus/alapis ceſus ꝛc̃. Non autẽ his dictis frigeſcũt:ſed poti⁹ inardeſcunt ira et inuidia.

## Fructus

¶ Tertio de fructibꝫ huius particule. Diſcant hic laici: preſertim femine:ne in veſtitu et exteriori apparatu vane glo rient:qm̃ dñs noſter in veſtitu illuſus fuit. Dic cõtra crocea pepla et veſtes ſuperbas. Ex ſumma vitioꝝ Lugd. vbi ha/ bes copioſam materiã de hoc. Diſcant ſecũdo clerici: qui bus eſt prohibitũ/deferre rubeas vel virides veſtes: preci/ pue autẽ monachi: qui veſtẽ ſue profeſſionis nunq̃ꝫ temere debent deponere:imo nec poſt mortẽ:quia debent ſepeliri in habitu ordinis. Itẽ monachus mittens iuxta ſe habitũ ſue religionis/ad ſaltandũ vel choreiſandũ/vel huiuſmodi.licet ſtatim reſumpturus ſit eundẽ/ ſi fit corã laicis eſt excõmuni/ catus: ſi corã clericis non/ ſm Johannẽ de Barbomo: et Johannẽ de Senis: iuris doctores Parrhiſienſes. Extra ne clerici vel monachi ſecularibꝫ negotiis. Et ca. vt periculo libro.vi. Diſcant tertio/ omnes recordari huius particule oſtentationis/ cum in miſſa eleuatur et oſtenditur ſacramen tum quaſi diceret ſacerdos: Ecce homo. Quia ſacramentũ altaris/ eſt memoriale dominice paſſionis. Et Chriſtus paſ ſus eſt ſm humanitatem: Nam ſm diuinitatem eſt impaſſi/ bilis. Quare ſacerdos oſtendens ibi Chriſtum/congruen/ tius dicit: Ecce homo/ q̃ꝫ ecce deus: licet ipſe ſit/et ho/

E

mo et deus. ſed homo patens fuit in iſta oſtenſione/et deus
latens ꝛc̄. ſm Jordanum.

40 Judeorū acclamatio.

¶ Quadrageſima particula eſt. Judeoꝝ acclamatio.

## Textus

Pylatus propoſitū ſuum non erat aſſecutus: quia non
erant ex hac oſtēſione ad miſericordiā flexi: ſed duriores effe
cti. Ideo vidētes eū pontifices et miniſtri clamabāt dicen/
tes [ Crucifige/crucifige eum. ] Dicit eis Pylatus. Acci/
D pite eū vos et crucifigite. Ego em̄ nō inuenio in eo cauſam.
Reſponderūt ei iudei. Nos legē habemus: et ſm legem de/
bet mori: quia filiū dei ſe fecit. Cum ergo audiſſet Pylatus
hūc ſermonē/magis timuit. Et ingreſſus iterū in pretoriū:
dicit ad Jeſum. Unde es tu? Jeſus autē reſponſum nō de/
dit ei. Dicit ergo ei Pylatus. Mihi nō loqueris? Neſcis qꝛ
poteſtatem habeo crucifigere te et dimittere te? Reſpondit
Jeſus. Non haberes poteſtatē aduerſus me vllam: niſi tibi
eſſet traditū deſuper. Propterea qui tradidit me tibi: maius
peccatū habet. Exinde querebat Pylatus dimittere eū ꝛc̄.
Habes ecce particulam/cui placet/poteſt adducere glo/
ſam Lyre.

## Maſticatio.

Pro maſticatione huius particule. Dico primo/ꝙ iudei
non potuerunt flecti ad miſericordiā: cum non ira (que cum
menſura querit proximi nocumentum) ſed odio Chriſtum
proſequebantur/quod totaliter querit proximi exitiū. Qua/
re dicit Petrus de Palma. Inuidia ſimilis eſt igni greco:
quo vtuntur hoſtes: nam adeo eſt ardens/ꝙ etiam in lapidi
bus accenditur: nec aqua extinguitur. Sic et inuidia conti
nuo ardet/neqꝫ extingui poteſt in corde in q̄ eſt. Cetera em̄
vitia oīa citiꝰ extinguunt. Superbꝰ ceſſat ad humiliationē
alteriꝰ: ꝛ ſic de alijs vitijs. Inuidia vero non ceſſat. Sic nec
iudeoꝝ īuidia potuit extīgui. Uide Petrū de palma. Jo. xix.

Dico ſecūdo/q̄ nō omnes clamabāt de populo:ſed quidam Chriſto cōpatientes fleuerūt. Nam vt ibi dicit. Intuit⁹ p̄ſes populum circūſtantē:et plures eoꝝ vidit lachrymantes dixit. Non omnis populus vult eū mori. Inter q̄s erat Nicodemus/qui ꝯſuluerat eū dimitti. Et alij/quibꝫ a Chriſto fuerūt exhibita beneficia:videlicet claudus:cecus natus:leproſus quidā:mulier fluxū ſanguinis paſſa. Omnes hij proſiliētes/enumerauerūt beneficia eis exhibita a Chriſto. Quidā etiā dixerunt Lazarū q̄driduanū ſuſcitauit ⁊c̄. ſm Jord. Dico tertio/q̄ particula ſiue paſſio p̄ſens cōſiſtit in clamore iudeoꝝ. Crucifige ⁊c̄. Reliqua em̄ oīa hic ꝯtenta faciunt ad cōtinuationē paſſionis. Et nihil ponit̄ ſpecialiter penale p̄ter clamorem illum ſm Jordanum.

## Fructus

¶Tertio de vtilitatibꝫ huius particule:quarū vnā habemus. Diſcamus ergo hic oēs ſilentiū tenere. Chriſtus enim ſexies interrogat⁹/tacuit. Primo corā pontifice Caypha:a falſis teſtibꝫ accuſat⁹. Secūdo corā Pylato a pontifice ⁊ ſacerdotibꝫ accuſat⁹. Tertio corā Herode interrogat⁹. Quarto a Pylato interrogatus/q̄d ſit veritas. Quinto de origine ſuo:ſicut hic. Sexto q̄n ſentētiat⁹ eſt ad mortē. Dixit autem Pylat⁹. Mihi nō loqueris: Neſcis/q̄r habeo poteſtatē ⁊c̄. Reſpōdit Jeſus. Nō haberes poteſtatē aduerſum me:niſi tibi datū eſſet deſup̱ ⁊c̄. Diſce ergo ⁊ tu/ab eo ſilere. Doceat te natura q̄ os vnū ad loquendū. Duas vero tibi aures ad audiendū dedit. Cogita:q̄r loquacitas ſtulticie ſignum eſt. Ecci.i. Stultus verba multiplicat. Taciturnitas ecōuerſo ſignū ſapiētie. Unde Seneca. Taciturnitas hoīm/ſtulto p̱ ſapientia reputat̄. Cogita/q̄r in iudicio p̱ minimo verbo ocioſo rationē reddes. Matth.xij. Preſertim adoleſcentes ſint taciturni:ſm illud Eccleſiaſtici.xxxij. Adoleſcēs loquere in tua cauſa vix/cum neceſſe fuerit ⁊c̄.

## Sabbatho poſt Judica.

Accipite ⁊ comedite. Matthei.xxvi.

41 **Ad tribunal adductio** q Quadrageſimaprima particula paſſionis dñi eſt. Ad tribunal adductio.

## Textus

Videntes enim iudei/ ꝙ Pylat⁹ querebat Jeſum dimittere/redeunt ad primã accuſationem: dicentes. Si hunc dimittis/non es amicus ceſaris. Omnis enim qui ſe regem facit: contradicit ceſari. Pylatus ergo cũ audiſſet hos ſermones [ adduxit foras Jeſum et ſedit p̄ tribunali ] in loco qui dicit̃ lythoſtrotos: hebraice gabbatha. Erat autem paraſceue paſche/hora quaſi ſexta. Et dicit iudeis. Ecce rex veſter. Illi autẽ clamabant. Tolle tolle/crucifige eũ. Dicit eis Pylatus. Regem veſtrum crucifigam. Reſponderunt pontifices. Non habemus regem: niſi ceſarem. Sedente autem p̄ tribunali: miſit ad eum vxor ſua dicens. Nihil tibi et iuſto huic. multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eũ ꝛc. Ecce particulam.

## Maſticatio.

Pro maſticatione huius particule. Dico primo ꝙ imperatores romani abſtulerãt a iudeis regiam dignitatẽ ne haberent rebellandi occaſionẽ. Et ideo quicunq; inter iudeos dicebat ſe regem qualitercũq; videbatur contra ordinationem imperatoris facere. Chriſtus autem conceſſerat ſe re-**B** gem eſſe. vt patet ex predictis. Et ideo ꝗuis ſm veritatem hoc regnum non eſſet contra dominium imperatoris (vt ſupra dictum eſt.) Tamen hoc arguebant apparenter. Pylatus autem non audebat etiam ſm minimam apparentiam facere contra imperatoris honorem. Ideo dicebant. Si hunc dimittis: non es amicus ceſaris: id eſt non celas pro honore ꝛ ſtatuto dñi tui cuſtodiendo ꝛc. Hec Lyra. Dico ſecundo/ ꝙ lythoſtrotos in textu legendũ eſt penultima longa. Dicitur enim ( teſte Neſtore et Cornucopie pauimentũ lapidibus ſtratum (ein ſteinſtraſʒ) compoſitum ex λιθος

lithos q̄ eſt lapis: et στρωτοσ ſtrotos id eſt ſtratos. Unde
Hieronymus in euangelio Johannis ca. xix. Et ſedit pro
tribunali in loco qui dicit lythoſtrotos: vbi barbari dicunt
lychoſtratos: in qua dictiõe errauit Tortellius Huguitio
Catholicon et cetera fex grammatiſtarum. Hec Bebelius.
Dico tertio (ſm Lyram) q̄ diabolus apparuerat vxori Py H
lati: monens eam terroribus ad liberationem Chriſti. vn-
de dixit viro ſuo. Nihil tibi et iuſto illi: multa enim paſſa ſum
hodie per viſum propter eum. Utrum autem talis appari-
tio fuerit ei facta ſomno vel vigilia: expreſſe nõ habetur hic.
Uidetur tamen q̄ fuerit in ſomno: per hoc q̄ dicitur per vi
ſum. Chriſtus enim fuit preſentatus Pylato valde mane: ⁊
ideo probabile eſt q̄ vxor eius iacebat adhuc in lecto. Do-
mine enim non ſolent adeo mane ſurgere: ſicut viri ſui. Hec
Lyra cui addere potes Gerſonem in paſſione textu. xi. ⁊c̄.

## Fructus

¶ Tertio de fructibus huius particule. Primo diſcant
femine ne laſciuiant in lectis: quia frequenter eis/ et omni-
bus iuuenibꝰ illa hora diabolus apparet: id eſt obiecta pec-
catorum: cum ſe vertunt in lecto/ diabolo aſſaturam: tunc
maritis in eccleſia exiſtentibus/ famulos vocant ⁊c̄. Se-
cundo diſcant hic omnes/ ſeipſos omni ſero examinare: ſi
quid deliquerint illo die/ in ſeptem peccatis/ quomodo pec-
cauerint/ ⁊ ſeipſos reprehendant/ cum propoſito emendan-
di. Aduertentes illud Auguſtini/ audacior eſt qui cum vno
peccato mortali dormit/ q̄ꝫ qui cū ſeptem hoſtibus de mor-
te ſua inuicem obligatis confligit. Uideatur etiam de hoc
alphabetum doctoris noſtri littera. vi. Ualet autem quoti- I
dianum illud iudicium contra ſuperbiam. contra iram. con-
tra negligentiam. Itaqꝫ hoc iudicium ſupra modum dili-
git in nobis deus: et a nobis etiam/ non niſi propter nos
exigit per Micheam dicētem. Judicabo tibi o homo quid
ſit bonū: et quid deus requirat a te facere iudiciū et iuſticiā:
et ſolicitū ambulare/ cum dn̄o deo tuo ⁊c̄. Sic faciēdo etiā

euadim⁹ iudiciũ dei. Unde Paulus. i. Corinth. xi. Si nos metipſos diiudicaremus: non diiudicaremur. gloſa. i. nõ puniremur a deo. Nam quicũq; ſe iudicauerit non damnabitur. Sic ꝛ Pythagoras docuit diſcipulos ſuos: vt quotidie iſta cum domũ ingrederent̃ dicerent/ vbi nã excidi: quid feci quid ex eis q̃ facere debui obmiſi: Itẽ Seneca li. iij. de ira. Fortis eſt animus ad q̃ preparatus venit ꝛc̃. Uide alphabetum noſtrum vbi ſupra.

42 Ad mortẽ cõdẽnatio

¶ Quadrageſimaſecũda pticula eſt. Ad mortẽ ꝯdẽnatio.

Textus

Uidens em̃ Pylatus: q2 nihil pficeret: ſed magis tumultus fieret/ accepta aqua/ lauit manus coram populo dicens Innocẽs ego ſum/ a ſanguine iuſti huius. vos videritiſ. Et reſpõdens vniuerſus populus/ dixit. Sanguis ei⁹ ſup nos et ſup filios noſtros. Tunc Pylat⁹ volens ſatiſfacere populo/ adiudicauit fieri petitionẽ eoꝝ. Dimiſſo igitur Barraba [tradidit Jeſum voluntati eoꝝ/ vt crucifigeretur.]

Maſticatio.

Pro maſticatione illi⁹ particule. Dico primo/ q mos erat antiquoꝝ/ lauare manus corã populo/ cũ ſe immunẽ vellet quis oſtẽdere. Pylatus autem fruſtra manus lauit/ cũ aqua

R

maris nõ ſuffeciſſet/ ad abluendũ crimẽ eius: ſcienter em̃ innocẽtẽ cõdemnauit. Neq; imprecatio iudeoꝝ (ſanguis ei⁹ ſup nos ꝛ ſup filios noſtros) ipm excuſauit. licet peccatũ ei⁹ iudei in ſe ſponte ſuſcipiunt. Non tamẽ Pylatũ a culpa abſoluere poſſunt: ſtante imobiliter ſententia iuſta dñi. Anima que peccauerit/ ipſa moriet̃. Unde ait Ambroſi⁹ ſup Lucã. Manus quidẽ lauit Pylat⁹: ſed facta nõ diluit. Judex em̃ nec inuidie cedere debuit aliene: nec timori: vt ſanguinẽ innocentis morti addiceret. Hec ille. Exceſſit quidem Pylati culpã/ facinus iudeoꝝ/ qui illũ noĩe ceſaris territũ ꝛ inuidioſis vocib; increpatũ ad effectũ ſui ſceleris impulerũt: ſed nec ipſe euaſit reatũ: qui coopertus ſeditioſis reliquit iudicium

propriū et in crimē tranſmittit alienū. Hec Gabriel. Simi les ſunt iudeis/q̄ alios ad pecatū impellunt. Uerbi grā (tpe ieiunij dicētes. O thunſz auff mich ich wil es über mich ne men. Et tales q̄ cū poſſent arguere/nō arguūt: et ſi nō impel lunt: vident tamē ꝯſentire ꝛc. Dico ſecūdo/ꝙ quattuor vē ti Pylatū ſeduxerūt ꝛ ſubuerterūt. Primus erat/timor Ce ſaris/q̄ a Ceſare flauit. Secūdus ventus fuit/fauor popu li iudaici: a quibꝫ pecuniā ſperabat ſm Lyrā. Tertius ven tus erat/cōtemptus Chriſti/quē putabat pſonā vilē: ꝛ nul lum iminere periculū ſi eū occiderēt/maxime: qꝛ nō appare bat aliq̄s ꝯtradictor/ptulit ſententiā ꝛ iudicauit eū: ob cul pam affectati regni/eſſe crucifigendū. Que aūt fuerit forma ſentētie: nō eſt expreſſum ab Euāgeliſtis. In euāgelio tn̄ Ni codemi ſcribit/ꝙ Pylatus ptulerit ſententiā/ſub his verbis. Gens tua cōprobauit te regē: ppterea p̄cipio te primū flagel lari: ſm principū ſtatuta: deinde in cruce eleuari. Quart⁹ vē tus erat/ꝙ populus crimen ſup ſe recipiebat: clamās. San guis ei⁹ ſup nos ꝛc. Que imprecatio vſq̄ in hodiernū diē p ſeuerat: ꝛ ſanguis dn̄i nō aufert ab eis. vt dicit Hieronym⁹. L

## Fructus.

¶ Tertio de fructu ꝛ virtute huius particule. Diſcamus hic/ſic viuere/ne vnq̄ iuſtā mortis ſententiā/aīe vel corpis a Chriſto audire mereamur. Item ſicut ſaluator noſter/ſuſti nuit p nobis/iniquā ab hoīe ferri ſententiā ꝯtra ſe: ſic ꝛ nos p deo curare nō debem⁹ iniqua hoīm iudicia. Unde apl̄us i. Corinth. iiij. Mihi inquit p minimo eſt: vt a vobis iudi cer aut ab humano die ꝛc. Tantū de iſta particula.

## Dominica Palmarum.

Accipite ꝛ comedite. Matth. xxvi. Quadrageſima 45
a tertia particula noſtre placente paſſionis domini Crucis
eſt: Crucis baiulatio. baiula- tio

## Textus

Poſtq̄ eū ſentētialiter dānat⁹ fuit. Tunc milites p̄ſidis M

ſuſcipiētes eū/exuerūt/clamide ꝛ purpura/ꝛ induerūt eū ve-
ſtimētis ſuis⌊et impoſuerūt ei crucē portādā ad locū paſſio
nis⌋ Baiulabat autē dn̄s crucē ſuā/donec inuenerunt Sy
monē quendā Cyrenenſem/patrē Alexandri ꝛ Rufi diſcipu
loꝝ Chriſti: q̄ veniebat a villa/vadens ad ciuitatē. hūc anga
riauerūt: id eſt coegerūt vt portaret crucem poſt Jeſum ꝛc.
Sic habes particulam.

## Maſticatio.

Maſticādo eandē. Querꝫ primo. Cur impoſuerūt Chri
ſto crucē? Reſpōdeo primo ꝑpter nauſeā: qꝛ hoc lignū cru/
cis reputabat̄ ꝓphanū/ nullus illoꝝ illud nedū portare: ſed
nec tangere voluit: ꝛ ideo impoſuerūt eā Jeſu: vt iā dānato.
Vn̄ gloſa. Portat crucē ſuā Jeſus/ grande ludibriū impijs
grāde myſteriū eſt pijs/glorian tibꝫ quaſi in ſceptro regni ꝛc.
Secūdo impoſuerūt ei crucē. vt impleret̄ ꝓphetia. Eſaie. ix.
A Cuiꝰ principatꝰ ſup humerū eiꝰ. Tertio ꝑpter figurā Jſaac
Nam ſicuti Jſaac portauit ignē ꝛ ligna/ꝑ ſui imolatiōe. ſic
Chriſtus portauit lignū crucis cū igne charitatis. Et quo
modo Jſaac dimiſſus eſt/ꝛ mactatus eſt aries. ſic ꝛ hic ſc̄m
Criſoſto. diuina natura manet ipaſſibilis/ ꝛ mactata eſt hu
manitas/herēs cornibꝫ inter vepres. i. inter retiacula pctōꝝ:
